Βόσπορος. Βέβρυκες. Θυνοί. Στρόπολις.
Ἄμυκος.

83

XLIII 2 - - - Leucactas promontorium, quo in Propontide is includitur Astacenus sinus, - - - . . . Rursusque T.D. Dd.v coeuntibus terris angustiae pertinentes usque ad Bosphorum Thracium. In iis Calchedon libera a Nicomedia LXII D. Procerastis antea dicta, dein Colpusa, postea Caecorum (28) oppidum, quod locum eligere nescissent, septem stadiis distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis sede.

. . . - - - - - - - - - . . .

Deinde Nicopolis. - - - . . . portus (29) Amyci. deinde Nausochum promontorium latiae (31) templum Neptuni. Bosphorus D passuum intervallo Asiam Europae iterum auferens, abest a Chalcedone

(28) Caecorum (Τυφλῶν) Vide quae dicturi sumus lib. IX, c. 20. De egregio Byzantii situ, multa Polybius lib. IV p. 425 et 433. Tacitus quoque. Annal. lib. XII. Hard.
(29) Portus Amyci. Bebrycum regis. Plinius lib. XVI, cap. 11 Portus est Amyci, Bebrycum rege interfecto clarus. Vide Servium in illud Aeneid lib. V. vers 225 „Qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.“ Hard.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Βιθυνιας Βόσπορος

XII mill. D passuum. Inde faucium primae VIII mill. DCCL passuum, ubi Phinopolis (33) oppidum fuit. Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni. Is finis Asiae. . . . . Spatium Hellesponti et Propontidis ad Bosphorum Thracium CCXXXVIIII mill. passuum diximus. A Chalcedone Sigeum Isidorus CCCXXII M. D. passuum tradit. . .

---

(33). Phinopolis. A Phineo rege notissimo. At codd. MSS. Reg. 1. 2. Colbert. 1, 2. Spinopolis, multo sincerius: nam Phinopolim in Europa diximus lib. IV c. 18. — Vid. apud Dalec. Sphyropolis.